



**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

5. Vtrum anni 70. captiuitatis Babylonicæ ab anno 13. Iosiaë computentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

Prophetarum scripta omni antiquitate, quae hoc commentum ignoravit. *Secundo*,
 Jeremias cap. 25. *servient*, inquit, *omnes iste gentes, regi Babylonu septuaginta an-*
 Et cap. 29. vers. 10. praedicit expletis illis 70. annis laxatum iri Iudaeorum
 captivitatem, ita ut antiqui in idem tempus, finem & Iudaicae captivitatis &
 Babylonici imperij conjicerent, percursu annorum 70. intervallo: Sethus au-
 tem editum Cyri anno 69. obit, & ab everso Chaldaeorum imperio in
 eorum circiter annum prorogat servitutem. Fateor, ad initium anni 210. Na-
 bonassari translatum à Chaldaeis ad Persas imperium, quod notat Calvisius,
 sed eodem anno, currente iugum septuagenariae servitutis à Iudaeorum cerui-
 tibus edito Cyri depulsum assero, cum Ribera, Tornello Saliano, Peravio,
 Harzo, q. praecedenti laudatis. numer. 6. qui anno eodem debellatos à Persis
 Chaldaeos, & Iudaeos in libertatem asseros, docent, assentientibus Funcio,
 Bacholcero, Capello &c. nec aliud praefici Chronologi & sacri interpretes sen-
 tiunt. De initio horum 70. annorum maior est difficultas sequentibus quae
 conturbantur, quibus explicanda.

QVÆSTIO V.

*Verum anni 70. captivitatis Babylonica à decimo
 tertio Josia computentur.*

Quatuor de principio horum annorum sententiae potissimum reperiu-
 tur, quas probabiles esse ait Cornelius, Jeremias 29. vers. 10. *Prima* eos ab
 anno 13. Josia deducit. *Secunda*, à quarto Ioakimi, siue primo Nabuchodono-
 zoris. *Tertia* à transmigracione Iechoniae. *Quarta* à fine Sedeciae. Primam opi-
 nionem proponit, ut quidam putant, S. Hieronymus Ezechielis 4. *A primo*, in-
 quit, *anno Iechoniae*, quando magna pars Ierusalem translata est in Babylonem, usque ad
 annum Cyri regis Persarum annum, qui desolationis templi erat tricesimus supputantur
 anni quadraginta, sub quo Iudaeorum laxata captivitas est, & libertas populo reddita. His
 abde 23. qui à 13. Josia, vsq; ad annum 4. Ioakim transferant, & 7. ultimos Io-
 akim reperies ab anno 13. Josia, vsque ad annum primum Cyri 70. Iulius Afri-
 canus apud Eusebium lib. 8. de demonstr. Euang. cap. 2. & S. Hieronymum Da-
 nielis 9. tradit annum primum Cyri incidisse in annum 1. Olymp. 55. annumq;
 2. Artaxerxis Longimani in 4. Olymp. 83. ita ut iste annus 10. Longimani, sit
 ab initio regni Cyri. Quae tria cum meis rationibus congruunt. Annos vero
 70. captivitatis regno Cyri praeposit, putatque centesimum octuagesimum
 annum captivitatis, fuisse viciesimum Longimani. Vnde Castrius Jeremias 19.
 colligit ex supputatione Africani annos 70. captivitatis, à decimo sexto Josia
 deduci: ego vero Africanum de 13. anno Josia interpretor: siquidem annus 4.
 Quast. Chron. P. 2.

*1. Opinio
 hos annos
 putat à 13.
 Josia.*

leppi
 nologia
 stamenti
 IV



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

Olymp. 83. & 20. Longimani ositur mihi anno ante Chr. 445. cuius finis
185. exurgeret annus 630. ante Chr. quo mihi finitur annus 13. Iosue. Huius
Theodoretum, qui Ezechielis 4. hosce 70. annos à 18. Iosue accersere
quo legis liber inuentus est, vnde si stante Templo 35. & inde totidem
rum putentur, consient 70.

Probatio.

2. Probari potest saltem specie tenus hæc opinio. 1. Quia eueris huius
ne anno 13. Iosue, atque idcirco translatum ab Assyrijs, ad seniores Nabu-
donosorem, qui erat Babylonius imperium. 2. S. Augustinus, Hieronymus,
Theodoretus, Eusebius, Clemens Alexandrinus, & alij apud Philonem
in cap. 9. Danielis, v. 2. ab anno 12. Sedeciar ad primum Cyri non nisi 40.
numerant, ergo reliqui anni 30. ante Sedeciar calamitatem à 13. Iosue
rant. 3. Danielis 5. Baltassaris vltimi Babyloniorum regis patens de-
quoties Nabuchodonosor, qui regnavit 45. annis, & Baltassar tribus die-
polassarò dentur 21. colligetur tempus Monarchiæ Chaldæorum 70.
rum, à 13. Iosue ad initium Cyri. 4. Anno 13. Iosue cepit Ieremiam
& vidit potentiam Assyriorum contritam per virgam sue sceptrum Cy-
rum, vt constat ex Ieremiarum cap. 11.

*Conclusio
negatiua.*

3. Verum communis Neotericorum & multorum antiquorum
ratio negat hosce captiuitatis annos, à 13. Iosue reuera derivari: eum
tempore nulla fuerit Iudæorum captiuitas, imò ne eam videret ostendit
suos dicitur, 4. Reg. 22. v. 20. vt docet Castrius Ierem. 29. Cornelius
nus ad an. m. 3429. num. 5. & ex dicendis palam fiet.

*Ad proba-
tionem.*

4. Neque rationes allaræ quicquam concludunt: siue enim ante
Iosue fuerit expugnata Ninive siue non; inde tamen anni 70. capi-
duci nequeunt. Nam ante Nabuchodonosorem isti anni non interve-
pe cui & posteris eius, gentes in Scriptura expressæ, annos 70. Ieremiarum
remiarum 25. vers. 11. iuncto cap. 27. v. 7. Anno autem 13. Iosue necdum
Nabopolassarus, quem Nabuchodonosorem seniore vocant, regnavit
Magnus Nabuchodonosor, anno 4. Ioakim, qui erat viginti annos regnavit
tio decimo Iosue: Nabopolassarus verò non nisi annos 21. regnavit
ctores pro secundo argumento laudati bene 30. annos numerant, vt
excidio, vsque ad Olympiadem 55. cuius anno primo labente, regnavit
sidis thronum Cyrus conscendit, at non continuo tunc Iudæos
bertati, sed anno demum regni sui vel 21. desinente, vel 22. mensibus
adde annos Nabuchodonosoris 18. ante Urbis destructionem
primumque illius Olympiadis, quo ad finem vergente Cyrus regnavit
dis adoptus est, & reperies ab anno 4. Ioakim, ad viciesimum secundum
70. annorum decursum.

7. Nabuchodonosor dicitur parens Baltassaris lato nominis significato, quo comprehenditur quilibet progenitor: qua notione Abraham dicitur pater Iudeorum, quos Christus alloquebatur Ioan. 8. vers. 53. & 56. Dauid pater Iudæorum, 3. Reg. 15. v. 3. & Amasæ 4. Reg. 14. v. 3. Cuiusmodi exempla in Scripturis passim occurrunt.

8. Nabuchodonosor 44. annos regni non impleuit, eius parenti 21. anni tribuuntur, ad quos si ætenuum Baltassaris accesserit, collectus numerus ad 70. non perueniet. Vbi vero sunt anni Euilmerodach? Denique Ieremias illo anno 13. Iosæ, spiritu Prophetico vidit de potentia Chaldæorum, ea quæ sub Nabuchodonosore post aliquos annos erant futura. Auctoritas Africani, S. Hieronymi, & Theodoret, (qui suam hac de re sententiam Dan. 9. clarè explicat) quoad Chronologiam fauent ijs, qui ab anno 4. Iosæ, vsque ad 22. Cyri, 70. septuaginta ponunt.

7. Hic aduertendum 1. Annum primum Cyri responderè, partim anno primo, partim secundo Olymp. 55. sicut pars Consulatus Capitonis & Rufi ad annum 13. Neronis, pars ad 14. extenditur, iuxta supputationem generalem, quam retuli in Synopsi, cap. 18. Aduertendum 2. triplicem annorum septuaginta à prætis auctoribus proferri: primam à 13. anno Iosæ vsque ad Olymp. 55. Secundam ab anno 4. Iosæ, vsque ad annum 22. Cyri. Tertiam à Templi excidio, ad annum 2. Darij Hytaspis.

QUESTIO VI.

Vtrū hi ann. 70. à trāsmigratione Iechonia profluāt.

1. A Iechoniæ deportatione, aut à clade & morte Iosæ, quæ anno regni eius vndecimo contigit, nonnulli hosce annos accersunt, vt Rab. Salomon apud Lyranum 1. Esdr. 1. Caietanus 2. Paral. 36. Genebrard. in sua Chron. Azor tom. 1. Moral. Inst. lib. 6. cap. 56. Cornelius Ierem. 29. v. 18. Probat hęc sententia 1. Quia tunc fuit notabilis vastitas & communis captiuitas, vt palam facit liber 4. Regum c. 24. vers. 12. Captiuitas enim quæ fuerat anno 4. Iosæ, fuit Danielis, & paucorum aliorum, qui cum Iosæ mox reducti videntur. 2. Quia Ieremias cap. 29. vers. 10. post transmigrationem Iechoniæ canit: cum impleti fuerint in Babylone 70. anni &c. Ergo ab ea transmigracione inchoantur. 3. Quia ab hac captiuitate tanquam epocha communi Ezechiel oram ac annos suarum prophetiarum deducit. 4. Sanctus Mathæus cap. 1. vers. 11. hanc captiuitatem vocat transmigracionem Babylonis, quia scilicet Iechonias non vi abductus est, sed vltro se dedit, & Babylonem commigravit. 5. Non propriè & directè imperio Babylónico, sed captiuitati Iudæicæ hi 70. anni constituti videntur, ex cap. 25. Ierem. vers. 8. & 11. cap. 29. vers. 10.

Quomodo Nabuchodonosor dicitur parens Baltassaris. Nabuchodonosor quos annos regnauit.

Tres annorum septuaginta

Quidam affirmant.

Prob. 1a

2a

3a

4a

5a

Iosæ

Chronologia testamenti

IV